

PROPER of the MASS

ST IRENAEUS

July 3

Malachi 2: 6 INTROIT

LEX veritátis fuit in ore ejus, et iníquitas non est invénta in lábiis ejus: in pace, et in æquitáte ambulávit mecum, et multos avértit ab iniquitáte. *Ps. 77: 1.* Atténdite, pópu-
le meus, legem meam: inclináte aures vestram in verba oris mei.
Gloria Patri.

The law of truth was in his mouth, and iniquity was not found in his lips: he walked with me in peace and in equity, and turned many away from iniquity. *Ps.* With them that hated peace I was peaceful, when I spake unto them, they fought against me without cause. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui beáto Irenæo Mártiri tuo atque Pontífici tribuísti, ut et veritáte doctrínæ expugnáret hæreses, et pacem Ecclésiæ feliciter confirmáret: da, quæsumus, plebi tuæ in sancta religióne constantiam: et pacem tuam nostris concéde temporibus. Per Dóminum.

O God, Who didst vouchsafe unto blessed Irenaeus, Thy martyr and bishop; by his strenuous teaching of the truth, utterly to confute heresies, and happily to establish peace in Thy Church: unto us Thy people, grant, we beseech Thee, to be steadfast in the practice of our holy religion, and in all our days to enjoy that peace which is from Thee. Through our Lord.

2 Timothy 3: 14-17; 4, 1-5 EPISTLE

CARISSIME: Pérmáne in iis, quæ didicísti, et crédita sunt tibi: sciens a quo didicéris; et quia ab infántia sacras líteras nosti, quæ te possunt instrúere ad salútem, per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis Scriptúra divínitus inspiráta útilis est ad docéndum, ad arguéndum ad corripiéndum, ad erudiéndum in justítia: ut perféctus sit homo Dei, ad omne opus bonum instrúctus. Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos per advéntum ipsíus, et

Beloved: Continue thou in those things which thou hast learned and which have been committed to thee: knowing of Whom thou hast learned them; and because from thy infancy thou hast known the Holy Scriptures, which can instruct thee to salvation by the faith which is in Jesus Christ. All Scripture, inspired by God, is profitable to teach, to reprove, to correct, to instruct in justice, that the man of God may be perfect, furnished to every good work. I charge thee, before God and

regnum ejus: prædica verbum, insta opportune, importune: argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple.

Psalm 121: 8

PROPTER fratres meos, et proximos meos loquar pacem de te. Ps. 36: 37 Custodi innocentiam, et vide aequitatem: quoniam sunt reliquiae homini pacifico.

Eccles. 45. 1, 9; Osee 14. 6

ALLELUIA, alleluia. V. In multitudine presbyterorum prudentium sta, et sapientiae illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire. Alleluia.

Matthew 10: 28-32

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis Suis: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius timeate eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeret asse veneunt: et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem capilli capitibus omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre Meo, Qui in Coelis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, Qui in Coelis est.

Jesus Christ, Who shall judge the living and the dead by His coming, and His kingdom: Preach the word: be instant in season, out of season; reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they shall not endure sound doctrine: but according to their own desires, they will heap to themselves teachers having itching ears, and will indeed turn away their hearing from the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labour in all things, do the work of an evangelist, fulfil thy ministry.

GRADUAL

For my brethren and companions' sake, I spake peace concerning thee. Ps. Keep innocence and behold justice, for the prosperity of the peaceable man continues.

ALLELUIA

Alleluia, alleluia. V. Stand in the multitude of the ancients that are wise, and join thyself from thy heart to their wisdom, that thou mayest hear every discourse of God. Alleluia.

GOSPEL

At that time, Jesus said to His disciples, Fear ye not them that kill the body, and are not able to kill the soul; but rather fear him that can destroy both soul and body in hell. Are not two sparrows sold for a farthing, and not one of them shall fall on the ground without your Father. But the very hairs of your head are all numbered. Fear not therefore: better are you than many sparrows. Every one therefore that shall confess Me before men, I will also confess him before My Father Who is in Heaven. But he that shall deny Me before men, I will also deny him before My Father Who is in Heaven.

Eccles. 24: 44

DOCTRINAM quasi antelucanum illumino omnibus, et enarrabo illam usque ad longinquum.

DEUS, qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus: dignare preces et hostias Tibi plebis, suscipere; ut pax a Tua pietate concessa, Christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. Per Dominum

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominiones, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

Eccles 24: 47

VIDETE quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem.

DEUS, auctor pacis et amator, quem nosse, vivere, cui servire, regnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos: ut, qui in defensione tua confidimus, beati Irenæi Martyris tui atque Pontificis intercessione, nullius hostilitatis arma timeamus. Per Dominum.

OFFERTORY

I make my doctrine to shine forth to all as the morning light, and I will declare it afar off.

SECRET

O God, Who sufferest not the nations that believe in Thee to be shaken by any fear, deign, we beseech Thee, to receive the prayers and sacrifices of the people consecrated to Thee, that peace, the gift of Thy loving-kindness, may render Christian countries safe from every enemy. Through our Lord.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominions worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

COMMUNION

See ye, that I have not laboured for myself only, but for all that seek out the truth.

POSTCOMMUNION

O God, the author and lover of peace, to know Whom is to live, and to serve Whom is to reign, protect us Thy suppliants from all assaults, that we, who trust in Thy defence, by the intercession of blessed Irenæus, Thy martyr and bishop, may not fear the arms of any of our foes. Through our Lord.